3 Cicero und Sestius

Kap. 31

Nachdem sich Cicero über Sestius' Leistungen als Quästor lobend geäußert hat, schildert er, bevor er auf dessen Volkstribunat (57 v.Chr.) zu sprechen kommt, die politische Lage des vorausgegangenen Jahres: Der Volkstribun Clodius hatte ein Gesetz eingebracht, das gegen Cicero gerichtet war (vgl. Zusatztext, S. 7). Obwohl der Senat, die römischen Ritter und das ganze Volk für Cicero Partei ergriffen, verweigerten ihm die angeblich völlig unfähigen und korrupten Konsuln Gabinius und Piso jegliche Unterstützung.

Etsi me attentissimis animis
summa cum benignitate auditis, iudices,
tamen vereor, ne quis forte vestrum miretur,
quid haec mea oratio tam longa
aut tam alte repetita velit
aut quid ad P. Sestii causam eorum,
qui ante huius tribunatum
rem publicam vexaverunt,
delicta pertineant.
Mihi autem hoc propositum est ostendere
omnia consilia P. Sestii
mentemque totius tribunatus
hanc fuisse,
ut afflictae et perditae rei publicae,
quantum posset, mederetur.

attentus: aufmerksam
benīgnitās, tātis *f.*: Wohlwollen
vestrum: *Gen. zu* vōs
altē repetītus: weit ausholend
eōrum: *gehört zu* dēlicta
tribūnātus, ūs *m.*: (Volks)Tribunat
vexāre: quälen, erschüttern
dēlictum: Vergehen
mihi prōpositum est: ich habe mir vorgenommen
mēns, mentis *f.*: *hier:* Ziel
afflīctus: schwer angeschlagen
perditus: *hier:* dem Untergang geweiht
medērī alicui rei: heilen

Ac si in exponendis vulneribus illis
de me ipso plura dicere videbor, ignoscitote;
nam et illam meam cladem vos et omnes boni
maximum esse rei publicae vulnus iudicavistis,
et P. Sestius est reus non suo, sed meo nomine:
Qui cum omnem vim sui tribunatus
in mea salute consumpserit,
necesse est meam causam praeteriti temporis
cum huius praesenti defensione esse coniunctam.

plūra: allzu viel
īgnōscitōte: *Imperativ II*: ihr mögt verzeihen
clādēs, is *f.*: Niederlage, Sturz; Unglück, Unheil
suō nōmine: seinetwillen
cōnsūmere in: *hier:* verwenden auf
dēfēnsiō, ōnis *f.*: Verteidigung

1 Wie charakterisiert Cicero die politische Situation vor dem Tribunat des Sestius? Zitieren Sie lateinisch.

2 Worauf könnte Cicero mit *cladem* (Z. 18) und *salute* (Z. 22) anspielen?

3 Erläutern Sie Z. 20.

4 Wie stellt Cicero die Beziehung zwischen sich und Sestius dar?